Videat eam dns Regens

Laurentius miseratione divina tt. sanctorum Quatuor Coronatorum pbr Cardinalis Dilecto in xpo Nobili viro Federico Enriquez
de Ribera Marchioni de Tarifa et prefecto Vandalie Yspalen. dioc. Salt. in dno. Ex parte tua fuit propositum coram nobis Quod sancte felicis recordationis
dns Leo ppa X ad supplicationem tuam omnibus et singulis xpifidelibus hospitale Quinque plagarum nuncupatum Yspalen. in festo sancti Gregorii visitantibus
et manus porrigentibus adiutrices plenariam omnium peccatorum suorum remissionem et defunctis pro quibus elemosina eidem hospitali tribueretur eandem vel aliam
indulgentiam in suffragium concessit prout in litteris aplicis desuper confectis dicitur plenius contineri Cum autem sicut eadem subiungebat petitio a nonnullis
hesitetur an divites visitantes qui eandem elemosinam quantumvis parvam porrigunt sicut pauperes indulgentiam huiusmodi pariformiter consequantur ac propterea
cum congruum videatur ut hi qui maiora bona temporalia a deo recepisse noscuntur erga eius pauperes manus extendant liberaliores Tu cupias elemosinam
huiusmodi taxari Supplicari fecisti humiliter tibi super his per sedem aplicam de opportuno remedio misericorditer provideri Nos igitur tuis in hac parte supplicationibus
inclinati Auctoritate dni ppe cuius penitentiarie curam gerimus Et de eius speciali et expresso mandato super hoc vive vocis oraculo nobis facto Ut Archiepi
Epi Duces Marchiones Comites et alii Magnates Duos alii vero vassallorum sive Castrorum aut Villarum dni [illegible] ducatos auri alii quorum Trecentorum
ducatorum vel ultra Duo et quorum inferiores usque ad Sexaginta valoris annui redditus erunt unum regalia [illegible] vero Septem Horopetinos monete illarum
partium pro assecutione dicte indulgentie pro defunctis vero id quod voluerint solvere teneantur Vere existen[illegible] premissis tenore presentium statuimus et
ordinamus ac visitatoribus sive Patronis dicti hospitalis taxationem sive solutionem huiusmodi eorum arbitrio moderandi [illegible] facultatem concedimus Non obstantibus
Constitutionibus et ordinationibus aplicis ac omnibus illis que in dictis litteris aplicis idem dns Leo volu[illegible] non obstare Ceterisque contrariis quibuscunque
Dat. Rome apud Sanctumpetrum sub sigillo officii penitentiarie vi. Id. Aprilis Pont. dni Adriani ppe VI Anno Primo:

Appri.

B. de Managuadia [illegible]
E. de Lande

[illegible] Laduror

Expedit. p. Johannem Cordellas procur.
Expositus [illegible] 120

Residuum gratis [illegible] patri Suares collega

Vpsv 31
vol-12

DIPUTACIÓN DE SEVILLA
ARCHIVO

12

Jo. Cordellas

Jo. Barampi
Blosius

bulla dela tasaçõ del Jubileo del ospital delas v plagas de sevilla /. q̃ los arçobispos y obpos. y Señores de titulo lo yaran a dos ducados / y los q̃ no toujerẽ titulo syno vassallos Un ducado. y los q̃ toujerẽ Renta hasta. ccc ducados dos Reales. y los q̃ no toujerẽ syno hasta lx ducados de Renta un Real /. y todos los otros a vij maravedis. y por los deffuntos lo q̃ quysieren

Sub. Adriano 6.° a 8. de abril de 1522.

DIPUTACION PROVINCIAL SEVILLA ARCHIVO

PERGAMINOS, 17
Hospital de las Cinco Llagas, leg. 3

DIPUTACIÓN DE SEVILLA
ARCHIVO